



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

10. An in acceptatione personarum quo ad beneficia conferenda detur
parvitas materiæ? Ex quo infertur, an sit leve peccatum prætermittere
ordinem misericordiæ, quando levis est excessus, v. g. si duo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

Tractatus Tertius.

34

mani, legis, precepti, consilij, &c. si solum peccatum veniale?
Et quid si sit de legislatore, & praecepto diuino? Ex p. 3. tr. 6. & Msc. 2. Ref. 72.

*Sup. hoc in tom. 6. tr. 1.
Ref. 6. § 1.
ad medium,
vers. Simili-*

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Suarez de legib. lib. 1. cap. 28. n. 24. & alij, quia esse rem ex doctrina tibi imperata est, non obstat quo minus tibi imperetur ex eadem potestate, qua imperatur res grauis; ergo si ex contemptu huius potestatis praeceptum leue violas, ita grauita peccas, ac si violares, praeceptum graue. Dicendum est igitur quod contemptus legislatoris humani, quatenus legislator est, seu violatio cuiuscumque legis, praecepti, & consilij ipsius, ex tali contemptu semper reputato peccatum mortale est, non solum in graui materia, sed etiam in leui.

2. At his non obstantibus ego contrariam sententiam teneo, quam etiam tenet Cajetanus in summa, ver. contempnia, ver. aduerte hum. Armilla codex verb. n. 3. Medina in p. 2. q. 88. art. 4. in fine. Valentia tom. 2. disp. 7. q. 5. punt. 6. in 1. casu, & 10. d. sp. 7. q. 3. punt. 3. consentit Leonardus Lessius lib. 2. c. 46. dub. 6. n. 45. & 46. loquens exprelle non solum de legislatore humano, sed etiam diuino, & affirmans, si nolis illis parere in rebus minimis, vt offendas eorum minima precepta te parui facere, non esse mortale, quod de legislatore diuino negat, & optimè Sanch. in sum. tom. 1. lib. 5. c. 5. n. 1. & 13. in fine. Ratio vero nostræ opinonis est. Quia potes contemnere legislatorem, eiusque praecepta non absoluere, sed quatenus sunt in materia leui, v.g. in silentio seruando; ergo tunc contemptus non videtur grauis, sed leuis. Dicendum est igitur dari posse peccatum veniale contemptus, sicut & inobedientia formalis, si præceptum superioris contemnas non absoluere, sed quatenus est in materia leui.

3. Hinc à fortiori colligitur, si superior contemnatur, non quatenus superior est, sed quatenus est infirma fortis, indectus, imprudens, & ex huiusmodi contemptu nolis ei obedire in re leui, non erit peccatum mortale, quia tunc non contemnitur formaliter eius potestas, sed eius persona ob defectus, quos habet. Item si ex indignatione leui, & prauo aliquo affectu erga superiorem, nolis ei obedire in re leui, non est mortalitas inobedientia. Ita Lessius num. 46. Sanchez n. 13, vide etiam Sancium in seletis disp. 7. n. 13.

R E S O L . X.

An in acceptatione personarum quoad beneficia conferenda, detur paruitas materie?
Ex quo inferatur, an sit leue peccatum prætermittere ordinem misericordia, quando leuis est excessus, v.g. si duo aliqui sunt in extremitate effusione, & secundum ordinem misericordia teneatur aliquis potius unius, quam alteri succurrere propter simul, v.g. consanguinitatis? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 13.

*Sup. hoc in tom. 3. tr. 3.
Ref. 101. § 2.
ad medium,
vers. si vero,
& in aliis
eius annor.*

§. 1. *A*ffirmatiuam sententiam docet Rodriguez in summa tom. 1. cap. 16. ante num. 1. vbi sic ait. De aqui se sigue que la aceptacion de las personas segun su naturaleza es pecado mortal, pues es opuesta à la justicia, dixe de su naturaleza, porque por la pocaedad de la materia puede acontecer algunas veces que sea pecado venial, como si uno eligiere á un amigo menos digno de un oficio de poco momento en la Republica dexando á otro que mejor lo merece, como se dirá en el Capitulo de los beneficios.] Ita ille, & Sotus de iust. lib. 3. q. 2. art. 2. cum Bañez, Salonio, & Valentia penes Turrienum obi. infra, docent non fore

peccatum mortiferum, quando munus, ad quod quis elegiendus est, non est magni momenti, & prætermittit digniori eligitur dignus. Secundo docent non esse mortale, quando licet materia, aut munus electionis magni momenti sit, excessus tamen dignitatis parvus, & modicus est, tunc enim non videtur grauis violatio iustitiae distributivæ.

2. Sed Aloysius Turrianus in 2.2. D. Thom. de iustit. tom. 2. disp. 22. dub. 1. n. 6. existimat priorem partem huius sententia veram esse, si contingat materialem electionis esse leuem quod non facile cuenter in electione beneficij & cathedrae, Secundam vero partem existimat omnino falsam, neque admittendam, nam materia præcepti non est excessus dignitatis, sed electio dignioris, cui conserendum est beneficium, aut probanda: talis autem actus grauis materia est, & propter eandem rationem mihi nunquam placuit, quod docent recentiores aliqui in materia de charitate esse leue peccatum prætermittere ordinem misericordia positum in præcepto, quando leuis est excessus, v.g. si duo aliqui sint in extremitate & secundum ordinem misericordia teneatur aliquis potius unius, quam alteri succurrere, propter titulum, v.g. consanguinitatis, docent prædicti recentiores non esse peccatum mortiferum violare talem obligationem, quando excessus consanguinitatis parvus est. Sed tunc doctrina admittenda non est, quia in materia præcepti misericordiae, non est maior, aut minor consanguinitas in eo euenter, sed largitio elemosynæ faciendo propinquiori secundum debitum ordinem: talis autem actus magni momenti est, ex quo pender vita eius cui debetur elemosyna ex obligatione ordinis misericordie, qui est in præcepto, & oppositum non existimo utrum in praxi, propter manifestam rationem alignatam; & licet Bañez, ibi, pra. ita explicit suam opinionem de electione minus digni, quando parvus est excessus, velut patrum excessum pro nihil reputari, & virtus que candidatum est, quasi aquæ dignum; hanc tamen doctrinam non admittit idem Turrianus, quia Bañez docet esse peccatum veniale in hoc euenter non eligere dignorem, admittit ergo excessum dignitatis in uno, hoc autem admisso contendit esse obligacionem genui eligendi dignorem, lynde ex his ego puto virantia sententiam esse probabilem.

R E S O L . XI.

*An in usura detur paruitas materie? Ex pan. 3. tract. 1.
Ref. 30.*

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Alfonso de Leone de offic. confess. part. 1. seccell. 7. sum. 37. vbi sic ait. Limitatur lex tò, vt non detur paruitas materie in usura. Ratio est, quia quicquid fortis accidit, usura est, verbum enim quicquid in modico & leui materia etiam verificatur. Ita ille, cuius opinio confirmari potest ex his, quæ adducit Barbosa disp. 1. 1. n. 4. vbi ex multis probat, hanc dictiōne etiam minutissima comprehendere, quod etiam docet Vulpellius in dilectione quicquid, n. 4. Cenedo singul. 89. n. 4. & alij. Sed ego diligenter multos auctores recognoui, non immuno hanc questionem neque unum tangentes. Neque videtur vt usura in quacunque materia constituitur non variare iudicium, vt diximus de magia, heresi, periruio, &c. eti in simonia secundum probabilem. Doctrinam opinionem, vt supra usum est, detur etiam paruitas materie; quare non erit danda in viaturando, tu cogita.

RESOL.